Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26030
Copyright: Admont, Benediktinerstift

necesse est quam bonus auctor creauit. Quod si forte cunctabimur: au
diamus ihm filium naue pplo dicentem. Rectum facite cor uestrum
ad dominum deum israhel. Nec iohannes dissonam tulit de uirtute
sententiam, rectas predicans facite semitas uestras. Siquidē hoc est rec
tam esse animam, cum eius principalis integritas nulla uiciorum la
be maculatur. Si naturā mutauerit. puersa tunc dicitur: si condicio
seruet̃ & uirtus est. Animam nostram commendauit nobis ds. serue
mus depositū quale accepim. Nemo causari potest extrinsecus situm,
quod in se nascitur: Facturam suam qui fecit agnoscat opus suum in
ueniat ut creauit. Sufficit nobis naturalis ornatus, ne deturpes homo
quod tibi largicio diuina concessit. Opera dei inmutare uelle: pollue
re est. Illud etiam sollicite prouidere debemus. ut tyrannicam ire
superemus insaniam. quia scriptum est. Ira uiri iusticiam dei non
operatur: Et iterum. Desiderium concupiscens parit peccatum.
quo profecto mors gignitur: Diuine preceptum uocis est ut iugi
custodia tueamur animum. quia exercitatos ad bellandum ha
bemus inimicos, demones scilicet. contra quos nobis secundum
apostolicam contestationem pugna sine federe est. Ait enim. Non
est nobis colluctatio aduer-sus carnem & sanguinem, sed aduer ⁊ adūsus pncipat9 hui9 mundi.
sus spiritualia nequicie in celestibus. Ingens eorum turba p istum
uolat aerem, non procul a nobis hostium caterua discurrit. Et di
uersitatem quidem eorum non est nostre paruitatis exponere. sed
hanc maioribus concedo rationem. Quod autem in promptu est &
ignorare non expedit, dolos scilicet eorum aduersum nos compo
sitos. breuiter ī dicabo. Hoc primum mentibus debemus affigere
nihil deum fecisse quod malum est, nec ab eius constitutione
demonum cepisse principium. Peruersitas ista non nature sed uo
luntatis est uicium. Boni etenim utpote a deo conditi ex pprio men
tis arbitrio ad terras ruere de celis. ibiq; inceni sordibus uolutari.